BARTHOLOMAEUS DE MONTAGNANA

Salzburg, 1471 Seite 279r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8258
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



albi ℥ ß. incorporentur simul cum
yera simplici, fiant pillule
vj. de quibus hic vir accipi-
at omni tercio sero duas, per
duas horas post cenam, et sint
magne ita quod ex vna dragma
fiant. v. vel vj. ex eis enim
maximum acquireretur iuua-
mentum cum mundificatione ca-
pitis continuata. ¶ Secundum
etiam per quod cerebrum vigoratur
est, ut attrahantur materie
ab ipso cum hoc medicamine.
℞ piretri costi dulcis stafisa-
grie cubebarum medulle granorum
peonie ana ʒ j. calami aromatici
ligni aloes. ana ℈ j. puluere
yreos ℈ ß. puluerisentur omnia
per se deinde incorporentur cum ʒ
ß. ppoleos, et fiant pillule
quantitate auellane, de hijs
igitur hic dominus omni mane per
duas horas ante prandium
longo tempore masticet vnam
et expuat materiam que attra-
hetur. et accipiat iterum al-
teram ante cenam per horam cum
dimidia et magnum inueniet
ex eis iuuamentum ¶ Tertium
speciale remedium est ℞. ʒʒ.
albi liquiritie cubebarum y-
reos ana ʒ j. nucis muscate.
℈ ij. anisi. ℈ iiij. piretri
ʒ ß coquantur omnia in lb. vj.
aque vsque ad consumptionem
duarum partium et in media
decoctione earum apponatur
mellis mundi et citrini lb. j.
deinde iterum complete coquantur
et colentur. et de hac colatu-
ra per duas horas ante pran-
dium et ante cenam calefac-
ta faciat gargarismata, octo
vel nouem vicibus, deinde
coluat os cum aqua zuccari
et hec quidem duo spatio quin-

decim dierum continuare debet
alternatim permutando se de
gargarismate ad collutionem
et econuerso. ¶ Quartum spe-
ciale vigorativum cerebri est
hoc ℞ galange. ʒʒ. piretri
piperis albi ana ℈ j. ligni a-
loes ℈ iiij. ambre musci ana
grana iij. violarum rosarum
spodij. ana ʒ j. macis ʒ iij.
puluerisentur omnia per se sub-
tiliter, deinde commisceantur.
et de hoc puluere omni sero
per spatium vnius mensis
super aspergatur anteriori parti
capitis per locum sagittalis com-
missure latitudine quatuor
digitorum meorum, memorando
semper quod cum apponitur scilicet pul-
uis cum setula bene mundificetur.
et deponatur primus Scio autem
ego quod de preciosis vigorantibus
cerebrum est, vt euenti ad lectum
per duas horas post cibum af-
feratur ʒ j. cum dimidia
confectionis de ambra de-
scriptione Mesue in antido-
tario cum ʒ j. aque decoctionis
maiorane tepide, patet etiam
omnium sapientum concordia quod te-
neatur caput bene mundum cum
aqua cineris, et fricatio cum
sapone albo. exiccat potenter
superfluitates, et per hoc pote-
ter cerebrum confortatur, hec
in summa sufficiant pro intentione v.

Jam autem peruenire oportet
ad declarationem sexte intentionis
videlicet ad eradicationem ma-
terierum Ego autem per eradica-
tionem non solum aspicio materias
coniunctas, quia de illis erit
sermo in 1.ma intentione sequenti
Sed intendo hic de eradica-
tione materierum antecedentium

de vigorantibus cerebrum

nota ibi de vigorantibus cerebrum

nota de sapone albo. saiffen